Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ctos ut ad implet omnia. Et ipe dedit quosdam quidem
apostolos quosdam autem prophetas. alios vero euangelistas
alios autem pastores et doctores ad consummationem sanc-
torum in opus ministerij in edificationem corporis xpi
donec occurramus omnes in unitatem fidei et agni-
tionis filij dei. in virum perfectum in mensuram etatis
plenitudinis xpi. Alla. Omnes gentes plaudite man-
ibus iubilate deo in voce exultacionis. Secundum iohannem
Hec illo tpe. Sublevatis ihsus oculis in celum
dixit. pr venit hora clarifica filium tuum. ut fi-
lius tuus clarificet te sicut dedisti ei potestatem om-
nis carnis ut omne quod dedisti ei det eis vitam et-
nam. Hec est autem vita etna. ut cognoscant te solum
verum deum et quem misisti ihsum xpm. Ego te cla-
rificavi super terram. opus consummavi quod dedisti mi-
ut faciam. Et nunc clarifica me tu pr apud te met ip-
sum claritate qm habui prius quam mundus esset apud
te. Manifestavi nomen tuum hominib. quos dedisti
mihi de mundo. Tui erant et mihi eos dedisti. et ser-
monem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia
omnia que dedisti mihi ab te sunt. quia verba que
dedisti mihi dedi eis et ipi acceperunt et cognoverunt
vere quia a te exivi et crediderunt quia tu me misisti
Ego pro eis rogo. non pro mundo rogo. sed pro his quos
dedisti mihi quia tui sunt. Et omnia mea tua sunt.
et tua mea sunt et clarificatus sum in eis. Et iam non
sum in mundo. et hi in mundo sunt et ego ad te venio
Credo. Non dicit. Off. Viri galilei quid admirantes aspicientes
in celum hic ihsus qui assumptus est a nobis in celum sic veniet quem-
modum vidistis eum ascendentem in celum alleluia. Sci. Sacrifi-